

Q. F. F. Q. S.

DISSESTITO ACADEMICA,

DE

ANALOGO RATIONIS,

QUAM,

*Consensu Ampliss. Facult. Philosoph. in Reg.
Acad. Aboënsi,*

Sub PRÆSIDIO

MAX. REVER. Atq; CELEBERRIMI VIRI,

D_N. DOCT. CAROLI
MESTERTON,

Log. & Metaphys. Prof. Reg. & Ordin.

Publico candidorum Examini, modeste submittit

STIPENDIARIUS REGIUS,

PETRUS N. BOLENIUS

SMOTLANDUS,

In AUDIT. MAJORI Die XVII. Dec. MDCCCLVII.

H. A. M. S.

ABOÆ, Impressit DIRECT. & Typogr. Reg. Magn. Duc.
Finland. JACOB MERCKELL.

VIRO nāmodum Reverendo atque Praclarissimo,
**D^N. M^{AG}. BERNHARDO
GUMÆLIO,**

Ecclesiarum, quæ DEO in Moheda/ H̄br & Ane-
hoda colliguntur, PASTORI Dignissimo,

Fautori quavis veneratione ætatem prosequendo.

Maxime incertum esse, qui ex collatis in alios benefi-
ciis exspectatur fructum, ita comprobat quotidiana
experientia, ut pro uberrima messe nil nisi steriles a-
venas sæpiissime inveniri, jure conquesti sint perplurimi:
sunt enim, qui illa non modo in obscuritate condi, verum
& lima oblivionis plane deleri patiuntur; & licet accepta
beneficia grata mente volvant alii, pro meritis tamen gra-
tiam referendi, occasionem invenire nequeunt. Horum ego
in numero meam dolorem sortem, nisi Favorem TUUM pla-
ne singularem, quo, non me solum, verum & propinquos
meos carissimos cumulasti, quæstui non haberi scirem. Quum-
que tantum demerendi favorem nec ansa huc usque tuerit,
nec post hac futura esse videatur; Patiaris igitur, humillime
rogo, ut hanc TIBI consecrem opellam, omni licet splen-
do destitutam, in certissimam animi gratissimi pariter ac de-
votissimi Tesseram. Dignitatem munusculi si respicis, nulla
est, si pietatem offerentis, eam spondeo benignitati TUÆ
parem futuram; non enim receptum sequutus sum morem,
sed obligationem ex beneficiis ortam, quorum apud me nun-
quam intermoritura est memoria. De cætero ad Supre-
num Numen, pro TUA TUORUMQUE incolumente ac peren-
ni flore, calida fundere suspiria, nunquam intermitte,

NOMINIS TUI

Cultor humillimus,
PETRUS N. BOLENIUS.

Dygwaktaren och Rådmannen i Sjö och Stapel - Sta-
den ÅBO.

Edel och Högakadad /

Herr CARL JOHAN
GAHMBERG,

Min Gunstige Patron.

INSPECTOREN,

Edel och Högtvälakadad,

Heer M A G N U S
EDREGREER /

Gunstige Gymnare.



Et wore wisseligen en förmåtenhet, om jag inbillade mig
funna tilfyllest aftena den godhei, jag af mine Herrar åt-
njutit; ty mängden af Edra wålgierningar har redan
långt för detta hunnit til den högd, at jag icke en gång
kan upfinna nog tjenliga ord, som uttrycka min styrkiga
ertianla. Det fägnar sig dock, at mine Herrars priswårdz egen-
skaper, länge hådres med sin Gunst förundat mig till en oddelig
räcksamhet, än de hōra sit wålförhienta herom giöras för allmän-
heten kurnigt. Jag måtte då frukta at förgripa mig emot en wål-
grundad dygd, om den berägenhet mig blifvit extedd, affsildrades
med så liffiga färgor, som uttryckte alt det losord, hvilket osörflyt-
ta wålgierningar tillkommer. Jag är dervore så mycket mera för-
bunden, at bemöta Eder ynnest med et räcksamt Sinne, och ense för
en särdeles lycka alla de tilfället, som kunna utmärcka en wördnads-
full högaktning. Uptager då Gunstige Herrar, detta Academiska ex-
bete; hvilket Eder med rätta upoffras, såsom et ringa, dock sekert
prof af den räcksamhet, som ständse skal upfylla mitt sinne ined trågen
önskan, det räcktes Almägten bekröna Mine Gunstige Herrar med
all den fullhet, som gör Eder i tid och ewighet lyckeliga!

Mine Gunstige Herrars

ödmjukaste tjenare,

PETRUS Nic. BOLENIUS.

Handelsmannen i Siö och Stapel-Staden ÅBO,
Högwälstadt

Herr J A C O B
COLLIN.

Så ock
Handelsmannen therstådes,
Högwälstadt

Herr I S A A C
GRANDEWE.

Mine Gunst

Sal ofta jag våminner mig den särdeles godhet /
prof/ ser jag med förundran hwad noje I fun-
som therlit kunnat bidraga. Eder hennes hat städse
ken saknat wänner eller wälgierninginän / utan erfas-
och närmaste anhörigar. Ty I hafiven icke tagit en
gande har altid want föknippat med de medel / som
kans widriga anslag Jag anser därfore Eder med
sökt afvärja alla de besvärligheter som åtfölja torf-
som icke åsven af mindre wälgierningar rördes till
ter dä försiktade/ at jag ej endast med högsta tacksamhet/

Handelsmannen i Sid och Stapel=Staden ABO,
H ö g w å l a k t a d

Herr SAMUEL JOH.
Ö H R N B E R G.

Mästaren vid det löftiga Loogarware Embetet
therstädes /

Ereborne och Konstårfarne

Herr HANS GOTFR.
RICHTER.

ge Patroner.


hvarå I Mine Herrar Patroner lämnat så tydliga
nit uti min välgång / och ingen ting velat bespara,
warit så önnig / at jag på en främmande ort hwar-
rit en benägenhet / som oftast saknas hos förwanter
fruchtlös Fågnad mi mit väl / utan / Edert delta-
i godligaste måtto til intet gjordt alla hotelser af ly-
räcka för de samma / som / i ni en beständig hñnest /
tigheten. Det were wiherligen et känslelöst Sinne /
wòrdsam erkåssa / som trotsar all förgåtenhet. Wa-
churu förborgad den warit i et wòrdsamt sinne / hittils e-
mottagit

mottagit Edar godhet / utan skäl åfven framdeles ans-
se såsom en beskyddlig lycka och förmögn / om jag i
ringaste mätto kunde i siefwa wärcket giöra Eder /
mine Gunstige Herrar / härom öfverlygades / på det
jag ej mätte aldeles stateas ovärdig til en så ofde-
skylt godhet. Men såvida inga andra medel finnas
öfrika / så beder jag / det läcktes Mine Herrar Pa-
troner upptaga therta korta Academiska arbete såsom
en frukt och et ojävligt witne til det fackamma Sinne
jag stådse hyser emot Eder mångfalliga hynnest. Hün-
melen låte sin nåd Eder och Edra käre Anhörigar /
frangent öfverskygga / på det jag i längden mätte ej
ändast njuta frukten af en beständig hynnest / utan åf-
wen taga en känbar del uti Edar välgång och lycka!


Mine Gunstige Patroners

De Patriarcher.

Detta är en handskriven bok av Petrus N. Boenius från 1700-talet. Den är skriven i en gammal svenska språkvariant och innehåller en dedikation till "Mine Gunstige Patroners". I den nedre delen finns en handskriven signatur från "PETRUS N. BOLENIUS".



animon frigida iusq; non capi si sibi vides
multorum argentum superstitiove cunctibus tamen huius
causa multo dubitatio non sit, reverentur incep-
tis ut animo capi. **§. I.** cunctis cunctis A-
etiam, indecni cunctis cunctis longos et brevis
etiamque cunctis cunctis quinque et cunctis cunctis



E vero & genuino Analogi-
Rationis sensu tot passim occur-
runt in scriptis eruditorum senti-
tarum divertia, ut quænam
harum sit eligenda, vix statui-
queat, cuius causa in manca
illa rationis notione, quam sibi
formarunt Perplurimi procul dubio maxima, si non
omnis est quærenda; ipsa enim ratione minus rite
perspecta, quomodo quælo, dici potest, rationi quid
conveniat vel non conveniat, hoc enim eo recedit,
ac si cœcus natus dijudicare vellet, quinam color al-
bum maxime imitatur, cum nec hujus nec reliquo-
rum distinctam habeat notionem; tantum igitur ab-
est, ut rite de analogo rationis sentiant, qui erroneis
de ratione superstruunt opinionibus, ut indissolubiles
sibimetipsis nestant nodos, quos nec ense Alexandri-
no dissolvere possunt. Ne igitur nos in eosdem in-

A

curra-

curramus Labyrinthos, unde nullus invenitur exitus, genuinum, antequam ulterius progredimur, Rationis sensum eruere conabimur, quo, ad ea, quæ de Analogo Rationis dicenda sunt facilior ac tutior pateat via. Hic labor est in quo non pauci magni nominis viri frustra sudarunt, veritatemque magis intricarunt, quam detexerunt, ut non mirandum solum, verum & dolendum videatur, inter eos, qui rationem pro principio cognoscendi veritates merito habent, de ratione ipsa nunquam convenire. In tanto igitur opere cui ferendo vix pares videntur nostræ vires, Tuum L. B. expetimus favorem, velis conamen nostrum miti perstringere censura, tibique de cetero persuasam habere, nos veritati quam ornatui magis studere.

§. II.

Dlximus in §. præc. varias, easque inter se se ministras convenientes esse eruditorum de ratione sententias; hoc ut melius pateat & veritas, quæ in quaque re non nisi una est, eluceat clarius, potiores, quas videre nobis contigit enumerare, erroneasque, quantum opus videtur refutare, non pigebit.

Scaliger Definitionem Rationis datus, dicit illam esse *potestatem ad motum, qui ducit ad conclusionem;* Schom. Th. N. Cap. III. §. 3. pag. 62. quibus verbis non tam rationem, qua nos præfertim a brutis differimus, quam dispositionem quandam ad usum rationis, per conclusionem se se exferentis, describere vide-

videtur, ex duobus enim judiciis inter se collatis
 tertium elicere sive, concludere vel ratiocinari, ra-
 tioni competere, ex infra dicendis patebit. Nota est
 etiam quorundam sententia, esse *Rationem facult-*
tem videndi rem in sua natura; & sane magni pon-
 deris hæc foret definitio, si probari posset, dari in
 homine facultatem ad adyta Naturæ ita perveniendi,
 ut, rectæ rationis usu ipsam rerum naturam perspi-
 ceret; quum vero hæc doctissimos etiam viros, o-
 ptima licet, quæ in hominem cadere potest scientia
 Physicæ instructos, qua talis, fugiat, ex hac defini-
 tione flueret necesse est, vel homines ratione carere,
 vel neminem ad huc ea recte fuisse usum unde vero
 sic cognosceretur inesse homini tantam facultatem,
 cuius tamen nullum exstat exercitium. *Poiretus &*
Lockius tam diversam de ratioue foverunt senten-
 tiā, ut non minima hac de re inter *Aseclas illo-*
rum orta sit altercatio, cum tamen neuter veritatem
 attigisse videtur; *Poireti* defensor, qui cum quibus-
 dam aliis, varias constituit intellectus species, &
 nomine intellectus activi rationem complectitur, sta-
 tuens illam esse facultatem, qua homo ex habitis quon-
 dam perceptionibus realibus, earumque vestigiis, mul-
 timodas absentium objectorum formare ideas, easque
 iterum secum invisem comparare, componere, dividere
 plurimisque modis considerare, considerando ab una ad
 alias discurrere, & sic novas alias ex aliis construere,
 seu novas indies consequentias nectere, inque eo opere
 plurimos errores committere, aptus est. *Budd.* in *Tb.*
M. Cap. I. Sect. II. §. XXI. p. 51. vel ut antea bre-

vius dixerat facultatem pingentem, umbratilem sterilem. Cum vero Ratio, pro facultate sumta, secundum receptum loquendi usum, a quo sine causa non recedendum putamus, totum satius intellectum complectatur, si illi, ut volunt quidam etiam competit, legitimas deducere consequencias quam, ad certum illius actum, ad errorem, ut dicitur, committendum captum restringenda, hanc sententiam ut erroneam merito rejicimus.

Nec Lockii discipulus rem suam melius conficit eum dicit; Rationem esse assensum propositioni alicui praestitum, ob propriam ejus evidentiam, vel immediatam, ut in principiis, vel mediataam ut in conclusiobibus. Budd. in Theol. Moral. loco citato. non enim rationem ipsam, sed quendam ejus actum innuit, perperam et jam statuit, evidentiam propositionis, uti principium, Cui nititur assensus, ad rationem pro facultate sumtam requiri. Schomerus in Theologia sua naturali, rejectis quorundam aliorum sententiis, definitionem rationis proponere conatur, quæ genuinum ejus de promat sensum, nihilque involvat, quod nobis cum brutis commune sit; dicit vero, eam esse facultatem distincte reflectendi supra conceptus nostros; quam licet propositionem & illustrare & probare conetur, notatur tamen, rationem nimis arctis includi cancellis, quidque sit non satis exprimi, cum ad cognitionem solummodo reflexivam restringitur, exclusis omnibus, quæ illi merito sunt adscribenda: facultate enim reflectendi instructa dicitur anima nostra, quantum omnes partes, quæ in re quadam percipiuntur,

tur, sigillatim & successive contemplari valet, unde palam est, nos ope reflexionis non minus ac attentionis, ad distinctas quidem rerum ideas pervenire, clare nobis repræsentantes ea, quæ totum quoddam ingrediuntur, hoc vero non tam ad Rationem quam ad intellectum, cuius est distinctas formare rerum ideas, pertinere.

§ III.

MUltorum adhuc, licet eruditorum proferri possent sensus Rationem variis depingentium coloribus, illorum tamen divertia, ne alios carpendo, nostram refringere videamur mentem, omittimus. Per rationem subjective sumtam nihil intelligimus aliud, quam illam animæ vim, qua homo res perspiciens nexus earum ita haurit, ut veritates jungendas conjungere & separandas separare queat.

Nobiscum congruere videtur, Celeb. Canzius in Med. suis Phil. pag. 728. §. 875, in Ratione definienda per facultatem hominis ad cernendos veritatis nexus. Neque discrepat Celeb. Wallerius, in Pscyol. sua Emp. pap. 305. §. 263, cum definit illam, per facultatem intuendi seu perspicientiæ nexus veritatum. Ne sua hæc definitio destituatur claritate, paulo accuratius nobis evolvenda videtur. Notum est vocem rationis non eandem ubique obtinere significationem sed ad duplicem præcipue referri sensum; objective enim considerata, denotat ipsam relationem unius veritatis ad alteram, vi cujus una in

altera continetur & exinde demonstrari potest, hanc vero rationem, quatenus non in anima nostra, sed in rebus ipsis fundatur, ulterius perpendere nostri jam non est instituti. *subjective* considerata, omnibus Philosophis quidem, qui sobrie judicant, certo ad minimum modo, est *facultas veritatis perspiciendi*, quamquam, uti antea dictum fuit, ita discrepant quorundam de ratione definitiones, ut sibi in vicem contrariari videantur. Cardo vero controversiae in eo quam maxime vertitur, quod alii latiori sensu, strictiori vero alii rationem sumant. Illi considerantes nos veritates earumque nexus introspicere non posse, quominus omnes animae nostrae facultates ad hoc perducentes in auxilium vocentur, per rationem intelligi voluerunt integrum facultatem cognoscitivam, una cum omnibus intellectus operationibus, ut eo melius includere possint omne id, quo nos a brutis differimus. Hi vero, cum supra laudatis auctoribus, quorum sententiam nostram facimus; unam animae facultatem cum altera non confundendam existimant, adeoque per rationem intelligent eam sollemmodo facultatem, qua nexus veritates inter contemplamur, non autem qua res ipsas sive veritates consideramus & distincte nobis sistimus. Talem animae humanae nexus veritatum intuendi inesse facultatem, demonstratione quidem non eget, nemo enim sana mente praeditus, tam est rudis, quin si ad negotia in vita communi obvia attendat, vel actiones nostras ita connexas esse videat, ut altera ex altera fluat; absurdum vero foret, si negare vel-

vellet instructos nos esse facultate nexum veritatum perspiciendi, qui tamen se illum animadvertere fateri cogitur. Dicimus porro hanc rationis acceptiōnem communī usū loquendi fundatam, ac experientiæ maxime conformem esse, non enim illum dicimus ex ratione actiones suas instituere, qui solummodo Legis & actionis distinctas sibi formare potest ideas, sed qui nexum inter actiones aliosque causis ita perspicit, ut ex quibus commoda fluant agat, unde vero damnum caperet, fugiat. Nec est quod objiciant adversarii, nexus veritatum inveniri non posse, nisi ex aliis propositionibus atque judiciis, quæ nobis antea innotuere colligitur, non enim solummodo concedimus, verum & contendimus nos ratiocinando colligere id, quod ratione cognoscimus, nullasque ratiocinationes sine simplici rei apprehensione atque judicio, ut docet Logica, dari; Errant tamen, qui statuunt facultatem apprehendendi, Judicandi, nexusque perspiciendi non esse sejungendum; priores necessaria sunt prærequisita, ab ipsa tamen veritatum connexionis perspicientia, quæ rationis est, haud minori jure distingvenda, ac invicem distingvuntur tres mentis operationes.

§. IV.

EX Paragr. præc. patet, rationem esse facultatem perspiciendi nexus rerum, unde prono fluit alveo eam in se suaque Natura consideratam, nullius erroris causam dici posse, sed immotæ veritatis esse

esse propositiones, quas veras esse ratio dicitat, quod si minus, nexus eorum non perspicit, adeoque digna non censenda quæ rationis nomine insigniatur; ut porro omni dubio carent, quas ex primis suis principiis elicit ratio, propositiones theoreticæ, ita & rationi superstruetæ propositiones practicæ sua numero quam defraudantur certitudine, sed actionem ille semper manet exitus, quem nobis in operando repræsentavimus. Quum enim ratio nexus perspiciat rerum, intelligat necesse est inter actionem & exitum repræsentatum adeo inde vulsum intercedere nexus, ut nullis casibus rumpi queat: quod si jam assius foret exitus ac sibi repræsentavit Ratio, is contra rerum nexus fieret quid quam absurdum, prolixius exponere; nostra jam non refert. Nec tamen quis putabit, nos, qui vi Definitionis antea prolatæ tantam adscribimus rationi virtutem, in ea versari opinione, ac si ratio in concreto spectata i. e. qualis in hoc vel illo homine existit, eam haberet vim, ut ad omnes casus sese extendere possit, quod vel ipsi adversatur experientiæ; præterea enim, quod facultas solummodo nexus videndi in homine resideat, vel ut loqui amant, Ratio inventiatur potentia remota, quatenus homini non repugnat nexus introspicere veritatum, hæc tamen facultas sese non exserit, vel quod idem est, ratio in homine non habitat actu secundo, nisi debitum adveniat exercitium, quo intelligimus omnia ea, quæ ad legitime ratiocinandi conducunt; Ne etiam, omni licet adhibita diligentia, omnium rerum introspicere

spicere possimus nexum, limitata nostra vetat conditio, quæ efficit, ut paucissimis solummodo in casibus ratio locum habeat; nec tamen statuendum homines mox brutis assimulandos. qui rationis hoc modo sumtæ usu destituuntur, quod ex sequentibus clarius patebit.

§. V.

Remotis sic plerisque obstaculis, & vocabulo rationis quodammodo enucleato, pervenimus eo usque, ubi mentionem facere de Analogio Rationis, proposuimus. Analogum dicitur, quod cum re quadam habet similitudinem, differt tamen a re ipsa; Analogum igitur rationis erit *proprietas rationis*, vel quid simile rationi præcedenti §. commemorata; cumque habeamus luculenta Philosophorum recentiorum testimonia, rationem hanc creaturis, his in terris degentibus, præter hominem competere nullis; sequitur exinde analogum rationis, quatenus brutis animantibus tribuitur, longius ab ipsa ratione differre, quam dum homini, ob defectum Rationis variis in casibus usus, adscribitur. Duplici hinc sumitur sensu, nimirum, superiori, quod proprius ad Rationem accedit, & inferiori, quod minorem cum ipsa ratione habet similitudinem; cumque hoc brutis, illud vero non nisi rationalibus tribuitur creaturis, et si non negandum, nos ultra analogum inferius, saepe numero non adscendere, erit id ipsum, quod de rationalibus dicitur,

dicitur, primum nobis excutiendum. Est illud,
 vi definitionis antea datæ, proportio rationis, si-
 ve, ut verbis utar Cel. Cantzii, est illud quod in
 effectu habet aliquid simile cum ratiocinandi facultate
 ipsa, quæ nexus rerum pervidet. Erroris immunis
 hæc est definitio; analogum enim Rationis recte
 dicitur, quod cum ratione, ex nexu rerum judi-
 cante, aliquam habet similitudinem; quæ vero in
 quibusdam convenient, in aliis discrepant, non
 sunt eadem, ergo analogum rationis non est ipsa
 ratiocinandi facultas. Similitudo vero rationis at-
 que ejus analogi in eo consistit, quod ubique in-
 veniatur ratiocinium, ita tamen, ut ratio, ex dua-
 bus propositionib[us] sive judiciis, quorum nexus
 probe sibi habet cognitum, sine omni hæsitatione,
 vel formidine oppositi, deducat tertium, quod per
 legitimam consequentiam exinde sequitur. Ana-
 logum vero Rationis ex duabus, præmissis, ut lo-
 quuntur Logici, quarum tamen nexus non æque
 videt, aliquam deducit conclusionem, ob conne-
 xionem, quam inter illas esse putat. Fieri hoc
 solet in illis ratiociniis, quæ soli innituntur ex-
 perientiæ, per quam eam intelligimus cognitio-
 nem, quæ attentione ad sensationes nostras acqui-
 ritur, cujusque ope ideas quidem claras ac distin-
 etas, non vero judicia determinata, quibus le-
 gitimum superstrui debet ratiocinium, formare
 valemus. Ne tamen existimes, confusa a nobis
 vocari omnia ratiocinia, quæ, quoad prima fun-
 damenta, experientiæ debentur, sic enim nulla
 dare-

¶) ii (¶

daretur certitudo, sed lata pateret Scepticismo via, omnis enim nostra cognitio sensibus vel externis vel internis adquiritur, adeoque fundamenti loco ponit ipsam experientiam, manet tamen differentia inter rei cuiusdam ideam, & quæ ex illa, legitima ratiociniorum connexione deteguntur.

§. VI.

Attentione pervenimus ad rerum ideas distinctas, adeoque videre possumus in quibus differant vel convenient; si sint similes, & in simili casu positæ, etiædem earum, ac antea experti sumus, effectum exspectamus, licet vel maxime æque non patet, quinam inter illas intercedat nexus. Habetur hoc in casu ratiocinium. concluditur enim a simili casu ad similem eventum, non autem est ratio ipsa, connexionem enim non videt; Ergo talis exspectatio casum similium Analogum Rationis merito salutatur, cujus fundamentum in identitate præsentis ac præteriti casus ponitur, eoque proprius rationi accedit, quo distinctius res sive causæ invicem secernere, eorumque convenientiam nobis sistere valemus, ne specie quadam similitudinis illusi, pro iisdem habeamus, quæ tamen in pluribus a se invicem differant, adeoque eosdem habere non possint eventus; cum enim identitas rerum tam ex internis quam externis, essentialibus ac accidentalibus, earumque ad alias relatione dijudicanda sit, sequitur nos debere omnian

mnia illa nobis habere perspecta, si eundem tute exspectare volumus eventum, eosque facilime errare, qui ex quibusdam solummodo, quæ in re quadam inveniuntur, & vel similia sunt, vel pro talibus habentur, eundem sibi repræsentant eventum, fieri enim potest, ut in aliis determinationibus maxima obveniat dissimilitudo præsensis & præteriti casus. Liquido hinc patet, tam varium esse analogum rationis, ac variæ sunt ideæ, quibus innititur, quarum alia obscuræ vel claræ, distinctæ vel completæ aliæ inveniuntur; his quæ innititur casuum similium exspectatio, quod majoris sit certitudinis, majoremque cum ratione habeat similitudinem, nec in alia, quam quæ intellectu & voluntate prædita sunt, cadere potest, Rationis Analogum superius vocari solet, illis autem quod debetur, analogi inferioris nomine venit, quatenus errorem facile committit, & in illis etiam deprehenditur, quæ tamen rationis pariter ac intellectus sunt expertia; Singula sigillatim perpendere libet.

§. VII.

Notionem rei obscuram naturali ordine primam esse, quæ attentione rite adhibita in superiores, claras puta, ac distinctas evadere potest, ultra omnem dubitationis aleam positum deprehendimus, absolvitus enim rerum repræsentatione, qua rem quamlibet oblatam ab aliis secessere non vale-

valeamus, nullus ergo simplicior datur rem repræsentandi modus, qui hunc præcedere posset. Diximus autem, analogum rationis, quod in exspectatione casuum similium fundatur, tot admittere species, quot dantur variæ rerum ideæ, prima ergo species, sive primus ac infimus gradus, ejus est, quod notionibus non nisi obscuris innititur, unde conficitur, hoc locum habere, ubi conditiones ac similitudines easus præsentis ac præteriti tam insufficienti nobis repræsentamus modo, ut eas ab aliis, quæ rem sive eventum antecesserunt, discernere nequeamus. Hunc gradum excipit, quia ideis claris quidem, sed tamen confusis superstruitur, adeo ut conditionem prærequisitam ab aliis quidem discernere, notas vero characteristicas, quibus ab aliis distinguitur sigillatim nobis repræsentare non valeamus. Tertius gradus notione casus præsentis ac præteritæ identitatis distincta consistit, constat autem ex Logicis, ideam vocari distinctam, qua notas characteristicas, quibus res ab aliis discernitur rebus nobis sistere possumus, incompleta autem manet, quamdiu quasdam solummodo, non vero omnes notas illas sigillatim nobis repræsentare valeamus; hinc colligitur, in tertio analogi rationis gradu, notas quidem quasdam, quibus conditio rei prærequisita, ab aliis distinguitur, nobis esse perspectas, non tamen omnes, quæ ad illam in omni statu, casu & tempore ab omnibus aliis discernendam sufficiunt. Quartus est gradus, quo non modo distincta verum & completa rerum sive conditio,

conditionum, quæ ad eventum prærequuntur instructi sumus idea; h. c. ut eas non solum ab aliis quodammodo discernere, verum & eas sigillatim nobis sistere valeamus, quibus ab omnibus aliis in omni casu & statu distinguatur. Datur quidem adhuc idea, quæ nomine adæquati venire solet, quando videlicet notas characteristicas ita cognoscimus, ut eas item in notiones distinctas resolvere queamus, quum vero ad eam notionem non opere solum experientia, sed rationis ascendamus; analogum quoddam rationis sub se compendi non potest.

§. VIII.

Mentionem fecimus §. præc. distinctionis analogi hujus in superius ac inferius, unde etiam patet, ad superius pertinere tertium ac quartum gradum, ad inferius autem primum & secundum, cujus divisionis ratio non magis ex ipsius analogi constitutione, quam subjectorum, quibus inheret natura est petenda; utrumque enim homini competere neminem inficias iturum credo, qui rite consideraverit, nos in plurimis negotiis ita rationem sequi dicem, ut ad eatum datum ea adipicemus, quæ ante observavimus, modo aliquam intercurrere videamus similiudinem: sic in arte medica, similibus morbis similia adhiberi solent medicamenta, etiam a rudioribus, qui nec indolem & caussas morbi, nec medicamentorum naturam distincte cognoscunt, ut raceam hujus generis sexcenta alia, quæ in conœconomia, agricultura, aliis occurrent, cum vero similitudines, secundum quas actiones nostras instituimus, obclure vel clare, distincte vel confuse, ut antea dictum fuit, cognoscimus, facile patet utrumque Rationis Analogum nobis esse adscribendum. Ad bruta vero quod attinet, illis nec denegandum rationis analogum inferius, quod facili colligitur modo, si ad illorum attendimus actiones, quibus ostendunt, se in ealu simili eundem expectare eventum, sic equus aliquoties percussus, sola elevatione instrumenti, quo antea percussus fuit, ad properandum cutsum excitari potest. Nec illis adjudicandum analogum, superius: nimirum enim ideis distinctis completis, quæ tamen bruta, quatenus intellectu carent, solaque instructa sunt facultate cognoscendi inferiori, sibi formare nequeunt, adeoque nec ad Analogum Rationis superius adscendere.

TANTUM.

